

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Assuerus Ampzing

Programma In Obitum Mettae Kraenduncks/ Uxoris Viri ... Dn. Joachimi Stockmanni, Phil. & Med. D. ...

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771915640>

Druck Freier  Zugang



Assverus, J.

in

M. Kraendunck,

uxor. J. Stockmann.

Rostock, 1627.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771915640/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771915640/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771915640/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771915640/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
In Obitum
FOEMINÆ LECTISSIMÆ
M E T T Æ
Braenduncis /

Uxoris

Viri Clarissimi Doctissimi,

DN. JOACHIMI STOCKMANNI,
Phil. & Med. D. excellentissimi, Physices in hac
Academia Professoris ordinarij.



ROSTOCHI
Literis JOACHIMI PEDANI,
ANNO M. DC. XXVII.

12



A
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS
JOANNES
ASSVERUS
Ampsingus Transilvanus Med.
D. ac Professor.



Ocatur Mors via universæ
terrae 3. Reg. 26. diciturq;
pervasisse in omnes homines
Rom. 5. qvam S. Scriptu-
tæ sententiam quotidia-
na confirmat experien-
tia inde à mundi exordio
& prima humani generis origine. Nihil ita-
que miremur si dicente Poeta, *Mista senum*
ac juvenum densentur corpora, & nullum Seva
caput Proserpina fugiat, siq; aeterna fæcera servans
mors.

mors magnos parvosq; terat, si fortibus aquet imbelles, populisq; Duces seniumq; juventae.

Experitur illam communem omnium hominum sortem hodierno die vir excellentissimus & doctissimus, Dn. JOACHIMUS STOCKMANNUS, Phil. & Med. D. & Physices Professor, collega & amicus noster amanter colendus, simulq; persentis sit illud Paulinum, 1. Cor. 7, 28. *Conjuges afflictionem habituros in carne: qui charissimam uxorem suam METTAM Kraendundis/ vita hac mortali functam hodie ad sepulturam efferendam & in monumento ponendam curabit.*

Vixit cum hac in placido conjugio inde ab die octavo Decemb. Anni 1623. usq; ad 25. Febr. Anni currentis 1627. qvo die in puerperio mortua est, annum etatis agens trigesimum sextum: quippe quae 13. Martij Anno 1591. in hanc lucem prodierat.

Nec verò infecundum hoc fuit Conjugium quippe ex qvo Dei benedictione triplex proles prognata fuerit. nempe duæ filiae, & unus filius. Et filius quidem patris no-

A 2 men

men mutuatus, JOACHIMUS, natus fuit
12. Maij 1623. qvi sicut nascendo, magno
gaudio affecerat Parentes, ita anteqvam
compleret qvarum mensem, acerbo func-
re raptus, eosdem non leviter affixit.

Ambæ filiolæ, qvarum prior MARIA 18
Augusti 1624. nata, in surrepti fraterculi lo-
cum succrevit, altera *Metta* matri cogno-
minis, ambæ inqvgam Dei beneficio sunt su-
perstites: qvarum hæc à nutricis pendens
überibus, illa preces rudiori lingua imitari
incœptans, patrem viduum utcunq; consol-
lantur.

Porro patrem habuit Defuncta nostra
virum reverendum & doctissimum, Dn.
VINCENTIUM Kraendunk/ Ecclesiæ
Hasfeldensis Pastorem olim vigilantisimum:
matrem verò, M A R I A M Helms/ qvæ &
ipsa anno superiori 1626. hfc apud nos diem
obijt, mundoq; ærumnarum pleno valedi-
xit. Atq; hæc qvidem haetenus de histo-
ria Defunctæ nostræ ob cujus tam inopi-
nam & præproperam mortem clarissimus
maritus in mœrore jacet, & acerbissimo
luctu affligitur. Et

Et nunc tu quidem clarissime & amicissime Dn. Collegam ihi hoc loco essem consolans, nisi ipse consolationibus abundares tum Philosophicis, tum politicis, tum ijs etiam quæ è sacræ Scripturæ fontibus petuntur. Nostri illud Senecæ, Omne humum genus quodcumq; est, quodcumq; erit, morte damnatum esse, Epist. 72. Idem alibi. Nemo tam imperitus est, ut nesciat sibi quandoq; moriendum. Quid fles miser? quid trepidas? omnes hac necessitate ducuntur: eò ibis, quò omnia eunt. Ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc majoribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te, Epist. 78.

Ipsa Scriptura sancta idem docet multis in locis, tum ijs quos initio indigitavi, tum alijs. Sententia universalis est, *Pulvis es & in pulverem reverteris*, Genes. 5. Hoc iudicium à Domino omni carni, Omnia quæ de terra sunt, in terram convertuntur. Eccles. 41. Et Stipedium peccati Mors, Rom. 6.

Xerxes ille Persarum Imperator, qui 170. hominum myriadibus, hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinq;ennium contractis Græciæ bellum in-

tulit: cùm tantam hominum multitudinē
ex editiore specula aspexit, fertur tene-
riter lachrymasse: qvod post centum an-
nos ex tanto hominum numero nemo es-
set superfuturus. de quo quidem Xerxe D.
Hieronymus author mellifluā eloquentiā
fluens ad Heliodorum scribit in hæc verba.
Xerxes ille magnus, rex potentissimus, qvi subvertit
montes, maria constravit, cùm ē sublimi loco infini-
tam hominum multitudinem, & innumerabilem
vidisset exercitum: flevisse dicitur, qvōd, post cen-
tum annos, nullus eorum qvostunc cernebat, super-
futurus esset. O si possemus super talem ascende-
re speculam! de quā universam terram sub pedibus
cerneremus! jam tibi ostenderem totius mundi rui-
nas, gentes gentibus, reges regibus, regna regnis col-
lisa. Alios torqueri, alios necari, alios absorberi
fluctibus, alios inservitutem trahi. Hic nuptias, i-
bi planctum; illos nasci, istos mori: alios affluere di-
vitijs, alios mendicare. Et non tantum Xerxis
exercitum, sed totius Mundi homines qvi nunc vi-
vunt in brevi spatio defuturos. Vincitur sermo
rei in agnitudine, & mihius est qvod dicimus. Re-
deamus igitur ad nos, & quasi ē cælo descendentes
paulisper nostra videamus. Senti obsecro te quan-
do in fansi, quando puer, quando senex factus sis.

Qvo-

Quotidie morimur, quotidie commutamur: **E**tiamen aeternos esse credimus?

Argumentum quod ex his locis ducitur cōsolatorium, solum à moriendi necessitate ducitur: sed melior eorum est consolatio, qui dicente M. Tullio, non modò quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors, quod sit horrendum, mortem non timent.

Quam eqvidem posteriorem consolandi rationem nullæ Gentes extra Dei fœdus constitutæ (ut ut eam affectent) arrogare sibi possunt, tota hæc ad solam Dei pertinet Ecclesiam, sub cuius pedibus Dominus & Servator noster Mortem & Satanam contrivit, Rom 16,20 Genes. 3,15.

Hac tu consolatione fretus Dn. Collega, & amice integer, cogita te uxorem non amississe sed in coelestem patriam, supernam illam Hierosolymam præmisisse, sanctam & immaculatam quippe Iotam & pastam carne & sanguine agni illius nivei & immaculati, in quem creditit viva & in cuius fide moriens ex hoc seculo emigravit. Deus det illi beatam & lætam resurrectionem à mortuis.

Nunc

Nunc vos spectatissimi, clarissimqve cives Academici mihi compellandi estis ut hora à meridie secundo hoc futus freqventi, comitatu honorifice deducatis. Ipsi Defunctæ Manes hoc à vobis obnixè contendunt. Maritus hoc meretur, qvippe Professor & R. Concilij assessor ordinarius, Peto idem ex officio & ego, confidens meæ etiam apud vos petitioni aliquem datum, iri locum. Præstemus piè defunctæ hoc ultimum Christianæ pietatis officium, idem mortui ab alijs expectaturi. Adesdum Reverendi, Consultissimi, Experientissimi, Clarissimi, Doctissimi, Dn. Professores alijqve Doctores, Verbi ministri, alijqve Magistri, & vos generosi Juvenes qvarumcunqve Facultatum Studiosi, Discite mori, & inter comitandum serio de vestra ipsorum mortalitate cogitate, tum vel maxime de seria ad Deum conversione, qvæ in vera cordis contritione, firma Christi Mediatoris per fidem apprehensione, & in minime fucata sed syncera gratitudine vitæqve sanctimonia sine qva nemo Deum videbit, Heb. 12 14. consistit. Deus det Ecclesiæ suæ & Academice huic tranqvilla Halcionia, avertat ab urbe hac totaque provincia bella & rumores bellorum: ut sub Principibus Megopolitanis, Dominis nostris clementissimis vitam degere possimus tranqvillam cùm omni pietate & honestate. P. P. Rostochij ad diem 28. Februarij Anno M. DC. XXVII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771915640/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771915640/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771915640/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771915640/phys_0016)


DFG

Quotidie morimur, quotidie contamen aeternos esse credimus?

Argumentum quod ex hoc
tur consolatorium, solum a modis
fitate ducitur: sed melior est
solatio, qui dicente M. Tullio
neccesse est mori, verum etiam quia non
quod sit horrendum, mortem non timere.

Quam evidenter posterius
landi rationem nullae Gentes
dus constitutæ (ut ut eam affe-
re sibi possunt, tota haec ad so-
tinet Ecclesiam, sub cuius pe-
nus & Servator noster Morter
contrivit, Rom 16,20. Genes.

Hac tu consolatione fretu-
ga, & amice integer, cogita te-
amississe sed in coelestem patriam
illam Hierosolymam præmisisti
& immaculatam quippe lota
carne & sanguine agni illius ni-
culati, in quem credidit viva-
de moriens ex hoc seculo emi-
det illi beatam & lætam resu-
mortuis.



luci-
rcess-
con-
quia
nors,
ns.
i fo-
oga-
per-
omi-
ham-
olle-
non
ham-
tam-
lam-
ma-
is fi-
eus
m à
unc